



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

§. 3. Quid dicendum de subditis suffraganeis, An possint à Metropolitano
dispensari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

6 Pro dispensatione voti iuramenti, aut alterius singularis imponit domini, non acquiritur sufficiens subiectio ex habitatione transactae.

7 In modo neque ex habitatione diurna, si domiciliaris non sit.

DE variis nullibi habentibus domicilium centum est dispensari posse ab eo loci superiori, ubi resident, sicuti & administrari reliqua omnia sacramenta, ratione enim habitationis subiectio, ut bene dicit Sanch. lib. 3. de matrim. dis p. 25. n. 5. & lib. 2. cap. 11. n. 8. & lib. 4. sum. cap. 57. n. 31. Lessius lib. 1. cap. 40. dub. 18. n. 12. De forensibus autem res dubia est.

2 In qua re est prima sententia, peregrinos, & forenses, etiam in brevi tempore commouentur, posse a diocesano illius loci dispensari in legibus, votis, & iuramentis, sicuti possunt reliqui alii subditi sic Basili. lib. 8. cap. 5. num. 7. Mecutus quia peregrini ratione habitationis subdantur legibus illius oppidi qua transactae. Ergo non deficit illius subiectio necessaria ad dispensationem obtinendam. Quod si congregatio Concilii, prout refert Fatinac. fess. 24. Trident. cap. 6. declarauit forenses, & peregrinos posse absoluiri ab ordinario loci, quia transiunt, non tamen dispensari non est, quia deficit iurisdictione, & potestas ad concedendam dispensationem, sed iuris quia regulatior deficit causa requisita. Unde, si causa adest, creditur dispensari posse.

3 Secunda sententia requirit ut peregrini, & forenses possint dispensari in legibus, votis iuramentis, & irregularitatibus, ut illi conuant animo ibi habitandi tempore diurno, qui animus colligitur factis, si illi conuant expediendi aliquius negotii causa, quod breui expediti non potest. Qya ratione dicunt scholasticos Academie ab Episcopo illius loci posse dispensari, sicut possunt reliqui, sic docente pluribus relatis Sanchez lib. 3. de matrim. dis p. 23. num. 12. & 13. Henriquez lib. 6. de penitent. cap. 14. num. 8. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 12. Suarez lib. 2. ac diebus festis cap. 14. & num. 6. & seq. contraria his, quo docet lib. 6. de voto. 11. num. 11. Man. 1. num. summa. nouis edit. cap. 5. num. 5. Ratio principia est, quia ratione habitationis diuini pincipi si conducta sit domus, contrahit qui quasi domicilium, & fortior forum, ita vt possit ibi de alibi gestis conueiri, vt probat Abbas cap. quod clericis, num. 5. de foro competent. Inconveniens aliis velatis cap. ex parte n. 1. eod. tit. & constat ex l. I. b. absens. S. prondeat in fine ff. de indic. & l. 2. C. ubi de criminis agi operari. Et ibi glofia, verbo degit. Et quicquid C. si certum petatur. Et ibi glof. verb. veritas. Ergo etiam in rebus spiritualibus, quales sunt dispensationes, acquirentur quasi domicilium ex hac diuina habitatione.

4 Tertia sententia affirmit ad dispensationem ordinariam in legibus, votis iuramentis, & penitus contractis necessario requiri domicilium, neque alio modo subdi potestat dispensari peregrinum, & forensem. Sic docent Abbas, Sylvest. Tabiana, Angel. & alii relati a Sanchez lib. 3. dis p. 23. n. 12. Suarez lib. 6. de voto, cap. 11. num. 11. Barboza 2. part. de potestate Episcop. allegat. 36. num. 18. Fauent hinc sententia plures declarationes Cardinalium, afferentes hunc forensem non esse subdandum illius diocesani, quoad dispensationem obtinendam, bene tamen quoad abolitionem a peccatis, & censuris, quas declaraciones refert Garcia de benef. 11. part. cap. 10. num. 139. Ratio est, quia visque acquirat domicilium, non censetur vere subditus illius, quia non censetur esse illius parochianus, & enim est parochianus illius debet habere animo ibi perpicio manendi, sicuti habitat, ubi habet domicilium hic enim animus ad acquiendum domicilium requiritur ex Lxib. int. 18. ff. de capit. & postlim. remiss. ibi neque enim satius est. corpore domum quem redire, si mente alienus est, & tradit innumeris referens Sanchez supradictum.

5 Quilibet ex his sententiis est latius probabilis: at vt vetustas ceguicatur, aliter de dispensatione in lege municipalis, & communis, aliter in dispensatione voti, iuramenti, & cuiuslibet alterius specialis, impedimenti dicendum existim. Et quidem de dispensatione legis municipalis, & communis, ultimo cum prima sententia, dispensari posse forensem a superiori illius loci, sicuti quilibet alius ciuem quia ad superiori illius loci pertinet vt omnes ibi commorantes leges obseruent. Ergo etiam pertinet, causas perpendere, que carum observationem impedit, vel excusat. Ergo etiam perpendere causas, que pertinet dispensationem concedere: ergo dispensare. Confirmo. Forensem diximus obligari legibus loci illius, qua transit, ne deformitate cauter. Ergo superior loci illius iurisdictionem haber cogendi ad talem obseruationem, Ergo iurisdictionem, vt possit ex causa obligationem, relaxare. Alias forensem detinente conditionis est quilibet incolae si quidem efficit obligatus legibus, sicut sunt incolae, & non habet recusum ad obtinendam dispensationem illarum.

6 De dispensatione autem voti, iuramenti, aut alterius singularis impedimenti, nullo modo credo ex habitatione transactae acquiri subiectio sufficiens, vt possit a superiori illius loci dispensari, quia haec iurisdictione multum pender ex confundendine. At haec confundit sufficientem declaratur a congregations Cardinalium admittente abolitionem pro-

perte eius necessitatem negante tamen dispensationem, quia ita necessaria non est. Ego non debet admitti. Item ex transactae habitatione non contrahitur parochia, vt possit parochus illius parochie matrimonio forensis assister. Quod non leniter colligitur ex cap. 10. quis de sepulta. in 6. vbi is, qui habet domicilium in civitate, vel castro, quandoque ad villam rurali se transferri recreationis gratia, vel vt ruralia exercitare, si non electa sepulta decedat, non in Ecclesia dicta vilie, sed in sua parochiali sepeliri debet. Ecce qua ratione non reputatur parochus ea, in qua breui, & riteante quis comoratur: & docet multos referens Menochius vers. 4. confil. 398. Narr. confil. 6. lib. 4. confil. tit. de clandest. dispensat. Denique ordinariis illius loci, eti possit forensibus, & peregrinis brevi tempore consummabit sacramentum Eucharistie, & Penitentie ministrale id habet ex concessione proprii ordinarii propter horum sacramentorum necessitatem; iesus vero de sacramentis voluntariis dicendum est. Quapropter Basilius qui affirmabat cum his dispensari posse ordinarium loci, ubi commorantur, subdit id fieri debet virgine causa, vt si contrahendum efficit matrimonium ad restituacionem aliqui damni illati feminis, vel ad legitimacionem filiorum patente existente in mortis periculo, in quibus casibus concederem eos dispensari posse non ex iurisdictione, quam per se habent ordinarii loci circa forenses ad hoc voluntaria, sed ex praesumpta voluntate suorum ordinariorum.

7 Ex habitatione autem diurna, si domiciliaris non sit probabilitas credo non sufficere, vt loci illius ordinarii dispensationem concedat. Mecutus praecepit ex declarationibus Cardinalium relatis a Garcia. & Farinas super quae de hoc cau expleso loquuntur inquit enim congregatio: Abfoluit ordinarius potest ex decreto Trident. in sacramento penitentiae forensem, qui gerit officium Praetoris, Medicis vel officiis qui habet dominum, commoratur in civitate, vel dioecesi, & in eis Ecclesiastica sacramenta perecipit, non tamen potest cum eisdem dispensare. Item est alia declaratio. Qui non est subditus Episcopi: puta Medicus, Praetor, & similes ceteri qui tantum habitant in civitate, hoc dectero comprehenduntur, etiam si committunt crimina in aliis ciuitatibus. Habita tamen haec distinctione, quod scilicet possit absolvi in sacramento Penitentiae a suis crimina, non tamen dispensari. Et ita S.D.N. Gregorius, XIII. audita relatione Congregatio declaravit. Neque obstat dicere non possit dispensare, deficiente causa? scilicet illa intercedente. Nam vel est causa sufficiens, vt concedatur dispensatio ab habente potestate, vel non si non nullus potest dispensare, si adest causa, & est ordinarius sicut est ordinarius ille, ubi hic forensis habet domicilium, cur non potest dispensari? Quod si dicatur ultra causam requisitam ad dispensationem adest causa speciale, vt ordinarius illius loci dispenset cum praesumpta voluntate proprii ordinarii censem dispensationem esse concedendam non ex propria iurisdictione, vt dixit Suarez lib. 6. de voto, cap. 11. fine & Barboza supra. 18. Neque obstat texus in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. vbi dicitur, nullus clericum alienae parochie debet praeter superioris licentiam ordinare. Superior in hoc cau inteligitur, in cuius diecesi promovendus domicilium obtinet. Cum ergo singulariter de sacramento ordinis dicatur in hoc cau superiori debet esse, in cuius diecesi promovendus domicilium habet tacite censetur ad reliqua sacramenta recipienda, & dispensatione obtinendas superiori habitationis saltem diurna sufficiunt non inquam, obstat, quia per illa verba in hoc cau voluit pontifex distinguere sacramentum ordinis, praecepit Penitentie, & Eucharistie, circa quorū administrationem ex habitatione etiam transacte acquiritur iurisdictione. Addit nihil. ibi Pontifex de aliorum sacramentorum administratione intendit disponere, sed solum quid in administratione ordinis seruandum sit, decidit alia relinquit dispositioni iuriis.

S. III.

Quid dicendum de subditis suffraganeis, an possint a Metropolitano dispensari?

1 Resolutus non posse.

2 Enumerantur causas, in quibus potest.

1 Dicendum est non posse quia Metropolitanus non habet in suffraganeos potestatem, nisi in aliquibus casibus a iure concessis, vt dicatur in cap. pastoralis de officio ordinarii, cum tamen exceptis quibusdam articulis nullam habent potestatem. cap. 1. in princ. de foro competent. lib. 6. c. de eo, de off. ordin. & c. nosfra. de penitent. & remiss. ibi conceditur tanquam quid speciale posse in suffraganeis Ecclesiis indulgentias concedere. Signum ergo efficac est alia non posse, & ita tradit ex communis sententia Sylvestri verbo votum 4. q. 3. Sylvestri lib. 6. cap. 11. n. 7. Suarez lib. 6. c. 10. n. 8. Barboza 2. p. de potest. Episcop. alleg. 36. fine num. 20. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 9. Thom. Sanchez alias referens lib. 4. summ. cap. 38. num. 11.

2 Basilius

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² Causa autem, in quibus Archiepiscopus cum suffraganeis subditis dispensare potest, sunt. Primus, si per appellationem ad ipsum causam devoluta sit, eo quod nolit inferior dispensationem concedere, sic communis sententia in cap. de officio legale, & cap. duo, de officio ordinari. Secundus, si inferior remissis sit in concedenda dispensatione, & ob eam causam impetratur Metropolitanus potestas, & iurisdictione, etiam si legitima appellatio non interueniat, & hanc causam sufficiere, ut Archiepiscopo iurisdictione defteratur, videtur docere in glossa cap. Romana, de suplenda negligenti Pratali, & Panormo, in cap. ex frequentibus, de institutione. At hoc sufficiendum non est, nisi causa concedendi dispensationem sit ita necessaria, ut teneatur suffraganeum illam concedere, idque manifestissime contiterit, & potorum sit: unde enim illa necessaria si manifeste vicerit appellationis, alius ad Metropolitanum deferri non potest in iurisdictione. Spic tamen non deficere autores, qui solum ex eo quod inferior renunt dispensationem concedere, causa dispensandi incertitudine, posse Metropolitanum auxilium implorari, rebus misericordia dispensare, vel faciat, ut inferior dispenseat: sic docuit Henriquez lib. 14. de regulari, cap. 18. n. 3. Avila de censur. 7. p. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam concil. Sanch. illos referens, & sequens, lib. 4. sum. cap. 38. n. 12. Sed quod diximus tenendum est ut probabilius, scilicet non posse, nisi causa ita necessaria sit, ut male faciat inferior dispensationem degenerans, idque manifestum sit, quia alio modo negligens repudiari non potest inferior, ut loco illius Metropolitanus subrogetur. Tertius causa est, dum Metropolitanus visitat, quia non videtur esse superior. At tunc nonnulli superior ad dispensandum, sed solum ad absolucionem, c. fin. de confis. in 6. Alius potest dimisitores concedere, quod communiter reprobatur, sic tradit Suarez. tom. 5. de censur. dist. 41. sec. 2. n. 12. & sum. de relig. lib. 5. de vot. cap. 10. n. 9. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 11. Sanch. n. 14. Quartus causa est respectu Episcoporum, qui ei suffraganei sunt, quoniam comparatione dicuntur superiori: cum his enim potest dispensare, non solum dum visitat, sed etiam ab tempore, sic tenet Henriquez lib. 14. de irregulari, cap. 18. n. 3. Angel. Anton. Paludan. Sayrus relati a Sanchez lib. 4. sum. 38. 16. quam ipse probabiliter reputat, consenserit Aula de censur. p. cap. 7. disp. 1. dub. 10. concil. 3. & p. 7. disp. 10. dub. 6. notab. 2. Alio tempore, scilicet in tempore visitationis. At credo hunc calum a ministrando non esse, siue neque admittit Suarez lib. 6. de vot. cap. 11. n. 1. Basil. lib. 8. cap. 5. n. 10. Tum quia ex iure non confitit haec potestas, tum quia non est necessaria. Nam vel dispensatio concedenda est, in legibus Archiepiscopi, & his non ligantur Episcopi, neque illius suffraganei: & sic pro his nulla est dispensatio necessaria. Vel concedenda est dispensatio in legibus Pontificis, & Concilii generalis, & in his sequuntur omnibus inferioribus est interdicta dispensandi potestas. Quando vero Archiepiscopus cum suis subditis in h. dispensare potest, & potest etiam Episcopus cum suis subditis, & secundum. Ergo nullus casu haec potestas necessaria est. Et idem est de votis, iuramentis, & iuramentis.

§. IV.

Cum religiosis quinam possint dispensare in votis, iuramentis, & poenis.

- 1 De religiosis exemplis procedit dubium.
- 2 Hi religiosi à suis Prelatis, possunt dispensari.
- 3 Ab Episcopo non possunt hi religiosi absque suorum Prelatorum licencia dispensari.
- 4 Si iniuste haec licencia negatur, potest religiosus Episcopum a liete. Secus se iniuste negatur. Et in casu dubio praeferendum est pro superiori.
- 5 Si non potest Prelatus religiosorum adiri, potest tunc Episcopum.
- 6 Limitatus conclusio: nisi religiosus possit adire intra religione superiore alium Prelatum.
- 7 Quando nullus religiosus Prelatus cum religio dispensare potest, potest ipse de licencia sui Prelato Episcopum adire.
- 8 Ex priuilegiis religiosorum omnes possunt de licencia sui Prelati Episcopum adire pro dispensatione obtinenda, tam si inter communem prohibitum sit.
- 9 Religiosi & secularis subiecti Prelatus ordinum militarium, quibus non competit potest absoluendi, & dispensandi in Trident. concessa, possunt de licencia suorum Prelatorum adire Episcopum.

¹ O quinque de religiosis exemplis à iurisdictione Episcopi, quales communiter sunt hodie omnes, nam si aliqui sunt Episcopo subiecti, reputantur ac alii clerici secularis in ordine ad dispensationem, ita ut nihil in hac parte potest Prelatus regularis, quia non gaudet iurisdictione quam Episcopi, que ad hanc dispensationem concedendam reguntur, sic Suarez lib. 6. de vot. cap. 10. n. 14. & 15. Nauarr. Ferd. de Castro Sum. Mor. pars 1.

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² De religiosis ergo exemplis tenendum est posse ab ipsorum Prelatis dispensari, quatenus est ex parte iurisdictionis; quia eam habent respectu suorum religiosorum sicut Episcopos in clericis, docuit Sanchez n. 3. Nauarr. Suarez, Lessius, & alii plures ab eisdem relati. Quod non solum de superioribus Prelatis, sed etiam de inferioribus, quales sunt conuentuales Prelati, Reatores, vicereatores; dum rectores absunt, respectu suorum subditorum, quia hi iurisdictionem qua Episcopalem habent in subditis; cum haec ramen subordinacione, ut possit corum iurisdictione à superioribus Prelatis limitari, sic Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 5. Quocirca cum religiosus subiectum Prelatu amittit, & eis Prelatus non potest ullam eum illo dispensationem exercere viptate, quae in iurisdictione fundatur. Sic non potest religiosus Prelatus dispensare in votis, poenis, vel aliis inhabilitibus sui religiosi iam Episcopi, quia exemplum est à iurisdictione religiosa. Similiter non potest dispensare cum electo in perpetuum, quia religio illius iurisdictionem abdicavit, & he subditus Episcopo, sicut quilibet alius clericus secularis, Sanchez num. 13. & 14.

³ Difficultas autem est de Episcopo, & Archiepiscopo, an in religiosos exemplis potestatem habant dispensandi, sicut habeunt in secularibus clericis? Et primò tanquam certum tenendum est, ab ipsa licencia sui Prelati non posse religiosum ab Episcopo dispensationem ullam impetrare: quia illa exemplum, quam religiosus habet ab Episcopali iurisdictione, non tam est in favorem ipsius religiosi concessa, quia in favorem totius religionis. Nequit ergo pro suo arbitrio sine voluntate: Prelati huic privilegio cedere, & iurisdictione Episcopali se submettere. Adeo haec renuntiationem cedere in non leue detrimentum religiosi status: et t. enim contraria quieti & tranquillitati, & iubicationi debita religioso Prelato, non ergo est concedenda, sic Sanch. lib. 4. summ. cap. 39. n. 27. Basil. lib. 8. c. 5. n. 3.

⁴ Sed quid si Prelatus regularis potest, vel non possit subito dispensationem peccata concedere? potestne tunc religiosus Episcopum adire?

Respondeo primo, si iniuste neget, posse, quia tunc presumitur Pontifex licentiam concedere, & exemptionem collere, cum enim haec exemplo pro bono religiosis, & religiosi concessa sit, non debet in eorum damnum veri, effet enim non leue damnum tam religioni, tam religioso, si negata iniuste licentia generetur religiosus pro dispensatione, vel absolutione obtinenda cugari & Pontificis adire. Debet autem, ut per episcopiam haec licentia Pontificis presumatur, constare subito licentiam à Prelato regulari iniuste negari: nam in casu dubio au iusti, vel iniuste neget, posside lex exemptionis in favorem religiosi facta, ac proinde non potest adiri Episcopus, sic Mol. tom. 4. de iustit. disp. 61. num. 5. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 36. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 14.

⁵ Dico secundò, si non possit Prelatus dispensare cum religioso, eo quod excommunicatus deonticius sit, aut defunctus, aut longe absit, neque est alius, qui eius vice gerat (quod tardu potest contingere) tunc potest Episcopum religiosus diligens dispensatione adire ob rationem dictam; quia presumunt Pontifices ob bonum religionis, & religiosi in hac parte exemptionem tollere, sic telato Henr. Antonio. Sylvestris doceat Sanchez num. 35. Basil. num. 15.

⁶ Vtramque conclusionem limitat Sanchez num. 38. cum Mol. sap. à num. 3. Basilio num. 15. vt incl. iug. calu: quo in Prelato superiori non est potestas abolendii, vel dispensandi, nam si haec esset, debet religiosus prius ad illam recurrere, quia ad Episcopum, qui dum intra religionem, medium quartu potest religiosus, non est censendum Pontificem tollere exemptionem tam quia id nocet debito subditorum subordinationi, tam quia fructuaria est calum resseruatio facta superiori Prelato, si religiosus adire posset Episcopum pro i. absolutione, & dispensatione, quies immedietus Prelatus non potest, vel non vult dispensare. Placit mihi haec limitatio adhibita moderatione, quam Basil. apponit, scilicet, nisi necessitas virgat imperandi dispensationem, & superior Prelatus longe absit, & facili adiri non possit, cui moderatione non videatur contradicere, Sanch. & Mol. supr. a.

⁷ Quod si nullus religiosus Prelatus possit subditum absoluere, vel dispensare, probabiliter existimo de licencia sui Prelati posse religiosum adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione obtinenda, quia adire hoc modo Episcopum non obstat priuilegio exemptionis; siquidem presumi potest fieri ex licencia religiosi collibet Prelato communicata. Nisi etiam obstat bono regimini illius, & debito subditorum obedientia, cum ex licencia superioris sit. Ergo. Adeo presumi posse Pontificem hoc modo priuilegium exemptionis concedere, scilicet nisi alter visum fuerit. Prelatus expedire. Alio tempore in eis deterrioris condicione escet religiosi, qualibet seculari, cum non possit à suis Prelatis, neque ab Episcopo absolutionem vel dispensationem impetrare, sicuti possunt secularis, sed debent necessario contra indicatum evagari, & secundum apostolicam adire. Ne ergo hoc inconveniens sequatur.